Officii praefati Castren[sis] Capitan[ealis] Premislien[sis] Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa orapalis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus fatalibus Juris praescriptione Terrestri bello Conventionegat omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Choynacki Nahuiowskie Quietat.

972

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sis] Capitan[ealis] Premislien[sis] Generosus Ludovicus Choynacki Sanus mente et corpore existens à Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren[sis] Capitan[ealis] Premislien[sis] Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publiceac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Alexandrum Nahuiowski ac eius Successores de summis quibusvis sibi recognoscenti per eundem Generosum Nahuiowski coram Actis quibuslibet Authenticis Regni modo quocunque inscriptis et ad solvendum assecuratis nec non de quibusvis scriptis manualibus tam roboratis quam non roboratis eorumque roborationibus ratione Variarum rerum et conditionum confectis et conscriptis tum de omnibus pretensionibus ad diem hodiernam intervenientibus obsufficientem et plenariam sibi recognoscenti praetitam Satisfactionem quietat emittit dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronunciat, Inscriptiones easdem quasvis tum et scripta quaevis manualia tam roborata quam non roborata eorumque roborationes intoto et per omnia

cassat mortificat et annihilat praesentibus sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Idem Eidem Debet.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrens. Capitaneal. Premysliens. Generosus Ludovicus Choynacki sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et
972 competentibus recedendo praesenti vero Castrens. Capitaneal. Premysliens. Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generoso Alexandro Kahuowski et eius posteris summam Mille septingentorum florenorum polonicalium monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando et numerando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique apud ipsum per se Recognoscentem pecuniae tenetur atque debet, Quam quidem summam suprascriptam Mille septingentorum florenorum polonicalium idem suprascriptus Recognoscens Generosus Ludovicus Choynacki se suosque successores in et super bonis suisque generaliter omnibus haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascripto Generoso Alexandro Kahorowski Creditori suo eiusque posteris hinc et ab actu praesenti pro die et festo conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo sexcentesimo septuagesimo Tertio proxime et immediate ventur(o) una cum provisione per florenos decem a quolibet centum assignando realiter et in effectu soluturum, et coram officio Actisque praesentibus Castrens. Capitaneal. Premysliens. repositurum et relicturum repositamque et relictam rursus ab eodem officio non